Fragmentarium

Ex quo enim patres aegypto exierunt sub aegentis iudicibus usque ad samuhel prophetam ac deinde regibus usque ad transmi
grationem babiloniae regebantur. Postre[illegible]o de babilone
per pontifices rerum sum ma gerebatur us[illegible] regem
simul et pontificem quo factum in iudea multis calamitatibus uexata
et ad ultimum ab herode cuius patrem ipse de ignobili aduena
hoc est genus idumeo sublimem fecerat et ciuem. Vim fraudis
interrempto iudeae regnum ipsi herodi iussu cesaris augusti
traditur gubernandum. Cuius tricesimo primo anno iuxta
prophetiam supradictam qui mittendus erat aduenit ;

ERANT AUTEM AMBO IUSTI ANTE DM̄ INCEDENTES IN OMNIB;
MANDATIS ET IUSTIFICATIONIB; DNI SINE QUERELA

Bene iusti ante dm̄. non enim omnis qui iustus est ante hominem iustus
est ante dm̄ ; Aliter uident homines aliter uidet dr̄. Homines
in facie. dr̄ in corde ; Et ideo fieri potest ut aliquis affectata bonitate
populari iustus uideatur mihi ; Iustus autem ante dm̄ non sit. si iusti
tia non ex mentis simplicitate formetur. sed adolatione simuletur ;
Beatus autem ille qui in conspectu dī iustus est ; Beatus ille de quo dns̄
dignatur dicere. Ecce uere israhelita in quo dolus non est ; Verus
enim israhelita qui dm̄ uidet. et uideri se nouit a dn̄o. et ipsi exhibet
oc. culta cordis ; Incedentes inquit in omnib; mandatis et iustificati
onib; dn̄i. prius mandatū. secunda est iustificatio. cum enim man
datis celestib; obedimus in mandatis ince dimus dn̄i ; Cum iudi
camus et congrue iudicamus tenere dn̄i iustificationes uidemur ;
Plena igitur laudatio que genus. mores. offitium. factum. iudiciū
conphendit; Genus in maioribus. mores in equitate. officium in sacer
dotio. factum in mandata. in iustificatione iudicium ; Quodque
addidit sine querela ; Hoc est quod apostolus ait ; Prouidentes
bona non tantum coram dō. sed etiam coram omnib; hominib; ;
Et ecclesiastes. noli inquid multum iustus ; Quia plerumque iusti

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – [sine loco], codices restituti, Paris, BNF, Baluze 270, f. 124-131 + Paris, BNF, lat. 5288, f. 34-41, ParisBNFBaluze270_265_f125r – Bede's commentary on Luke (https://fragmentarium.ms/view/page/F-s74n/437/6531)